

timere studeant; unde & seipsos & alios pietatis opinione efficacius seducunt: vel, si vincuntur timore crucis, *permutatur malum* in aliud gravius; ut ex hæreticis fiant prophani hypocritæ, qui occultè plus nocent contagione hypocriseos, quàm hæretici apertâ dissensione nocere possunt.

4. *An & impediri debeat hæresis, interdicto sub pœnis corporalibus exercitio publico?*

A. Quatenus videlicet vel deest *prætextus* appellandi ullâ specie probabili ad conscientiam: vel *temperatur interdictum* per admixta alia officia charitatis; ut de persecutione & conformatione cum patiente Christo quàm minimum gloriari queant. Ubi enim prætextus appellandi ad Deum probabilis est; ibi valet illud: *Si est ex hominibus consilium hoc, sive opus istud, dissolvetur &c.* Act. 5. 38, &f.

DIS-